



Tít n: 79980

Cod B: 1098595

R324293

17326

I N D E X

LIBRORVM

Prohibitorum

INNOCENTII XI




PONTIFICIS MAXIMI

Iussu editus .

Abbas...

*Libreria
men Cal
de Toledo*

*del Con
rado*



ROMÆ, M. DC. LXXIII.

Ex Typographia Reu. Cam. Apost.

Cum Privilegio.

REGVLÆ INDICIS

Sacrofanctæ Synodi Tridentinæ
iussu editæ.

R E G V L A I.

LIBRI omnes, quos antè annum M. D. XV. aut Summi Pontifices, aut Concilia œcumenica damnarunt, & in hoc Indice non sunt, eodem modo damnati esse censeantur, sicut olim damnati fuerunt.

R E G V L A II.

HÆresiarcharum libri, tam eorum, qui post prædictum annum, hæreses inuenerunt, vel suscitarunt, quam qui hæreticorum Capita, aut Duces sunt, vel fuerunt, quales sunt, Lutherus, Zvvinglius, Calvinus, Balthasar Pacimontanus, Schyvencfeldius, & his similes, cuiuscumque nominis, tituli, aut argumenti existant, omninò prohibentur.

Aliorum autem hæreticorum libri, qui de religione quidem expresso tractant, omninò damnantur.

Qui verò de religione non tractant, à Theologis Catholicis, iussu Episcoporum, & Inquisitorum examinati, & approbati, permittuntur.

Libri etiam catholicè conscripti, tam ab illis, qui postea in hæresim lapsi sunt, quam ab illis, qui post lapsum ad Ecclesiæ gremium rediere, approbati à facultate Theologica alicuius Vniuersitatis Catholicæ, vel ab Inquisitione generali, permitti poterunt.

REGULA III.

Versiones scriptorum etiam Ecclesiasticorum, quæ hæcenus editæ sunt à damnatis auctoribus, modò nihil contra sanam doctrinam contineant, permittuntur.

Librorum autem veteris testamenti versiones, viris tantùm doctis, & pijs, iudicio Episcopi concedi poterunt: modò huiusmodi versionibus tanquam elucidationibus vulgatæ editionis, ad intelligendam Sacram Scripturam, non autem tanquam sacro textu, vtantur.

Versiones verò noui testamenti, ab auctoribus primæ classis huius Indicis factæ, nemini concedantur, quia vtilitatis parum, periculi verò plurimum lectoribus ex earum lectione manare solet.

Si quæ verò annotationes cum huiusmodi, quæ permittuntur versionibus, vel cum vulgata editione circumferuntur, expunctis locis suspectis à facultate Theologica alicuius Vniuersitatis catholicæ, aut Inquisitione generali, permitti eisdem poterunt, quibus, & versiones.

Quibus conditionibus totum volumen Bibliorum, quod vulgo Biblia Vatabili dicitur, aut partes eius, concedi viris pijs, & doctis poterunt.

Ex Biblijs verò Isidori Clarij Brixiani prologus, & prologomena præcidantur, eius verò textum, nemo textum vulgatæ editionis esse existimet.

REGULA IV.

CVM experimento manifestum sit, si Sacra Biblia vulgari lingua passim sine discrimine permittantur, plus inde, ob hominum temeritatem, detrimenti, quàm vtilitatis oriri; hac in parte iudicio Episcopi, aut Inquisitoris stetur; vt cum consilio Parochi, vel Confessarij Bibliorum à catholicis auctoribus versorum, lectionem vulgari lingua eis concedere possint, quos intellexerint, ex huiusmodi lectione non damnum, sed fidei, atque pietatis augmentum capere posse: quàm facultatem in scriptis habeant.

Qui autem, absque tali facultate ea legere, seù habere, præsumpserit; nisi priùs Biblijs Ordinario redditis, peccatorum absolutionem percipere non possit.

v

Bibliopolæ verò, qui prædictam facultatem non habenti, Biblia idiomate vulgari conscripta vendiderint, vel alio quouis modo concefferint, librorum pretium, in vsus pios ab Episcopo conuertendum, amittant: alijsque pœnis pro delicti qualitate eiusdem Episcopi arbitrio subiaceant.

Regulares verò, non nisi facultate à Prælati suis habita, ea legere, aut emere possint.

R E G V L A V.

Libri illi, qui hæreticorum Auctorum opera interdum prodeunt, in quibus nulla, aut pauca de suo apponunt, sed aliorum dicta colligunt, cuiusmodi sunt Lexica, Concordantiæ, Apophthegmata, Similitudines. Indices, & huiusmodi, si quæ habeant admixta, quæ expurgatione indigeant, illis, Episcopi, & Inquisitores, vnà cum Theologorum catholicorum consilio sublati, aut emendati, permittantur.

R E G V L A VI.

Libri vulgari idiomate de controuersijs inter catholicos, & hæreticos nostri temporis differentes, non passim permittantur, sed idem de ijs seruetur, quod de Biblijs vulgari lingua scriptis statutum est.

Qui verò de ratione benè viuendi, contemplandi, confitendi, ac similibus argumentis vulgari sermone conscripti sunt, si sanam doctrinam contineant, non est cur prohibeantur, sicuti nec sermones populares, vulgari lingua habiti.

Quod si hætenus, in aliquo Regno, vel Prouincia, aliqui libri sunt prohibiti, quod nonnulla contineant, quæ sine delectu ab omnibus legi non expediat: si eorum auctores catholici sunt, postquam emendati fuerint, permitti ab Episcopo, & Inquisitore poterunt.

R E G V L A VII.

Libri, qui res lasciuas, seu obscœnas, ex professo tractant, narrant, aut docent, cum non solum fidei, sed & morum, cui huiusmodi librorum lectione facile corrumpi solent, ratio

vj
ratio habenda sit, omnino prohibentur: & qui eos habuerint, seuerè ab Episcopis puniantur.

Antiqui verò, ab ethnicis conscripti, propter sermonis elegantiam, & proprietatem, permittuntur: nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt.

REGULA VIII.

Libri, quorum principale argumentum bonum est, in quibus tamen obiter aliqua inserta sunt, quæ ad hæresim, seù impietatem, diuinationem, seù superstitionem spectant, à catholicis Theologis Inquisitionis generalis auctoritate expurgati, concedi possunt.

Idem iudicium fit de prologis, summarijs, seù annotationibus, quæ à damnatis auctoribus, libris non damnatis appositæ sunt: Sed posthac non nisi emendati excudantur.

REGULA IX.

Libri, omnes, & scripta Geomantiæ, Hydromantiæ, Aeromantiæ, Pyromantiæ, Onomantiæ, Chiromantiæ, Necromantiæ, siue in quibus continentur sortilegia, veneficia, auguria, auspicia, incantationes artis magicæ, prorsus reijciuntur.

Episcopi verò diligenter prouideant, ne Astrologiæ iudiciariæ libri, tractatus, indices legantur, vel habeantur, qui de futuris contingentibus, successibus, fortuitisue casibus, aut ijs actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, certò aliquid euenturum affirmare audent.

Permittuntur autem iudicia, & naturales obseruationes, quæ nauigationis, agriculturæ, siue medicæ artis iuuandæ gratia, conscripta sunt.

REGULA X.

In librorum, aliarumue scripturarum impressione seruetur, quod in Concilio Lateranensi sub Leone Decimo sess. 10. statutum est.

Quare si in Alma Vrbe Roma, liber aliquis sit imprimendus, per Vicarium Summi Pontificis, & sacri Palatii Magistrum, vel per-

personam à Sanctiss. D. N. deputandam prius examinetur.

In alijs verò locis ad Episcopum, vel alium habentem scientiam libri, vel scripturæ imprimendæ, ab eodem Episcopo deputandum, ac Inquisitorem hæreticæ prauitatis, eius ciuitatis, vel diœcesis, in qua impressio fiet, eius approbatio, & examen pertineat, & per eorum manum, propria subscriptione gratis, & sine dilatione imponendam, sub pœnis, & censuris in eodem decreto contentis, approbetur: hac lege, & conditione addita, vt exemplum libri imprimendi authenticum, & manu auctoris subscriptum apud Examinatorem remaneat.

Eos verò, qui libellos manuscriptos vulgant, nisi antè examinati, probatique fuerint, ijsdem pœnis subijci debere iudicauerunt Patres deputati, quibus impressores: Et qui eos habuerint, & legerint, nisi auctores prodierint, pro auctoribus habeantur.

Ipsa verò huiusmodi librorum probatio in scriptis detur, & in fronte libri, vel scripti, vel impressi, authenticè appareat, probatioque, & examen, ac cetera gratis fiant.

Præterea in singulis ciuitatibus, ac diœcesibus, domus, vel loci, vbi ars impressoria exercetur, & bibliothecæ librorum venalium, sæpius visitentur à personis ad id deputandis ab Episcopo, siuè eius Vicario, atque etiam ab Inquisitore hæreticæ prauitatis, vt nihil eorum, quæ prohibentur, aut imprimatur, aut vendatur, aut habeatur.

Omnes verò Librarij, & quicumque librorum venditores habeant in suis bibliothecis Indicem librorum venalium, quos habent, cum subscriptione dictarum personarum: nec alios libros habeant, aut vendant, aut quacunque ratione tradant, sine licentia eorundem deputatorum, sub pœna amissionis librorum, & alijs arbitrio Episcoporum, vel Inquisitorum imponendis. Emptores verò, Lectores, vel Impressores eorundem arbitrio puniantur.

Quod si aliqui libros quoscunque in aliquam ciuitatem introducant, teneantur ijsdem personis deputandis enunciare: vel si locus publicus mercibus eiusmodi constitutus sit, ministri publici eius loci, prædictis personis significant, libros esse adductos.

Nemo verò audeat, librum, quem ipse, vel alius in ciuitatem introduxit, alicui legendum tradere, vel aliqua ratione alienare, aut commodare, nisi ostenso prius libro, & habita licentia à personis deputandis, aut nisi notoriè constet, librum iam esse omnibus permissum.

Idem quoque seruetur ab hæredibus, & exequutoribus vltimarum voluntatum, vt libros à defuncto relictos, siuè eorum indicem, illis personis deputandis offerant: & ab ijs licentiam obti-

neant, priusquam eis vtantur, aut in alias personas, quacunque ratione eos transferant.

In his autem omnibus, & singulis, poena statuatur, vel amissionis librorum, vel alia, arbitrio eorundem Episcoporum, vel Inquisitorum, pro qualitate contumaciae, vel delicti.

Circa verò libros, quos Patres deputati, aut examinarunt, aut expurgarunt, aut expurgandos tradiderunt, aut certis conditionibus, vt rursus excuderentur, concesserunt, quicquid illos statuisse confiterit, tam bibliopola, quam caeteri obseruent.

Liberum tamen sit Episcopis, aut Inquisitoribus generalibus, secundum facultatem, quam habent, eos etiam libros, qui his Regulis permitti videntur, prohibere, si hoc in suis Regnis, aut Prouincijs, vel Dioeces. expedire iudicauerint.

Ceterum nomina eorum librorum, qui à Patribus deputatis purgati, tum eorum, quibus illi hanc prouinciam dederunt, eorundem deputatorum Secretarius Notario Sac. vniuersalis Inquisitionis Romanæ descripta, Sanctiss. D. N.

Ad extremum verò omnibus fidelibus præcipitur, ne quis audeat contra harum Regularum præscriptum, aut huius Indicis prohibitionem, libros aliquos legere, aut habere.

Quod si quis libros hæreticorum, vel cuiusuis auctoris scripta, ob hæresim, vel ob falsi dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita legerit, siue habuerit, statim in excommunicationis sententiam incurrat.

Qui verò libros, alio nomine interdictos legerit, aut habuerit, præter peccati mortalis reatum, quo afficitur, iudicio Episcoporum seuerè puniatur.

OBSERVATIONES

Ad Regulam quartam , & nonam
 CLEMENTIS PAPÆ VIII.
 iussu factæ.

Circa Quartam Regulam.

A Nimaduertendum est circa suprascriptam quartam Regulam. Indicis fel. rec. Pij Papæ IV. nullam per hanc impressionem, & editionem de nouo tribui facultatem Episcopis, vel Inquisitoribus, aut Regularium Superioribus, concedendi licentiam emendi, legendi, aut retinendi Biblia vulgari lingua edita, cum hætenus mandato, & vsu Sanctæ Romanæ, & vniuersalis Inquisitionis sublata eis fuerit facultas concedendi huiusmodi licentias legendi, vel retinendi Biblia vulgaria, aut alias sacræ scripturæ, tam noui, quàm veteris testamenti partes, quauis vulgari lingua edita: ac insuper summaria, & compendia etiam historica eorundem Bibliorum, seu librorum Sacræ Scripturæ, quocunque vulgari idiomate conscripta: quod quidem inuiolatè seruandum est.

Circa nonam Regulam.

Circa Regulam jx. eiusdem Indicis ab Episcopis, & Inquisitoribus Christiani fideles sedulo admonendi sunt, quòd in legentes, aut retinentes contra Regulam hanc, libros huiusmodi Astrologiæ, diuinationum, & sortilegiorum, rerumque aliarum, in eadem Regula expressarum, procedi potest, non modo per ipsos Episcopos, & Ordinarios, sed etiam per Inquisitores locorum ex Constitut. fel. rec. Sixti Papæ Quinti contra exercentes Astrologiæ iudiciariæ artem, & alia quæcumque diuinationum genera, librosque de eis legentes, ac tenentes, promulgata, sub Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dom. M. D. LXXXV. Nonis Ianuarij Pontificatus sui anno primo.

De Thalmud, & alijs libris Hebræorum.

Quamuis in tertia classe Indicis prædicti Pij Papæ IV. sub litera T. Thalmud Hebræorum, eiusque glossæ, annotationes, interpretationes, & expositiones omnes prohibeantur, sed quod si absque nomine Thalmud, & sine injurijs, & calumnijs in Religionem Christianam aliquando prodissent, tollerarentur: quia tamen Sanctiss. Dominus Noster Dominus Clemens Papa VIII. per suam constitutionem contra impia scripta, & libros Hebræorum sub Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dom. M. D. XCIII. pridie Kal. Martij Pontific. sui anno secundo, illos prohibuit, atque damnavit: mens ipsius non est, eos propterea vllatenus etiam sub illis conditionibus permittendi, aut tolerandi: sed specialitèr, & expressè statuit, & vult, vt huiusmodi impij Thalmudici, Cabalistici, alijsque nefarij Hebræorum libri omninò damnati, & prohibiti maneant, & censeantur: atque super eis, & alijs libris huiusmodi prædicta constitutio perpetuò, & inuiolabilitèr obseruetur.

De Libro Magazor,

Ad hæc sciant Episcopi, Ordinarij, & Inquisitores locorum, librum Magazor Hebræorum, qui continet partem officiorum, & cœremoniarum ipsorum, & Synagogæ, Lusitanica, Hispanica, Gallica, Germanica, Italica, aut quavis alia vulgari lingua: præterquam Hebræa editum, iamdiù ex speciali decreto rationabiliter prohibitum esse. Idcirco prouideant illum nullatenus permitti, aut tolerari debere, nisi Hebraica lingua prædicta.

De Libris Ioannis Bodini.

CVM in Appendice secundæ classis sub litera I. dicatur (Ioannis Bodini Andegauensis Dæmonomania omninò prohibetur, liber verò de Republica, & Methodus ad facilem historiarum cognitionem tam diù prohibita sint, quousque ab auctore expurgata, cum approbatione Mag. Sac. Palatij prodierint.) Id quidem per errorem fortasse librarij factum, creditur: nam libre de Republica eiusdem Ioannis Bodini primum die xv. Mensis Octob. M. D. XCII. deindè liber Dæmonomanie die primo Mensis Septembris M. D. XCIV. ab eodem Sanctiss. D. N. Papa simpliciter damnati sunt, ac proindè vterque damnatus, & prohibitus censendus est.

OBSERVATIONES

Ad Regulam decimam ALEXANDRI PAPÆ VII. iussu additæ.

Observandum est circa Regulam decimam, quod degentes in statu Sedi Apostolicæ mediatè, vel immediatè subiecto non possunt transmittere libros à se compositos alibi imprimendos sine expressa approbatione, & in scriptis Eminentiss. ac Reuerendiss. D. Card. Sanctiss. D.N. Vicarij, & Mag. Sacri Palatij, si in Vrbe, si verò extrà Urbem existant, sine Ordinarij loci illius, siue ab his deputatorum facultate, & licentia operi infingenda.

Qui verò super impressionem librorum ordinariam, aut delegatam auctoritatem exercent, dent operam, ne ad examen librorum huiusmodi personas affectui auctorum quomodolibet additas, præsertim verò propinquitate illos, aut alia quantumuis à longe petita ea sit (veri; & sinceri iudicii corruptrice) necessitudine contingentes admittant, super omnia autem ab oblatis sibi in hanc operam per eosdem Auctores Censoribus caueant. Sed ijs demum vtantur, quos doctrina, morumque integritate probatos, ab omni suspicione gratiæ intactos, ac si fieri potest, Auctoris ipsi ignotos, & vnius boni publici, Deique gloriæ studiosos cognouerint. Quo vero ad Auctores Regulares, cuiuscunque Ordinis, & Instituti sint, illud præterea obseruandum, vt ne eorum scripta, vel opera alijs eiusdem Instituti Regularibus examinanda committantur, sed alterius Ordinis, & Instituti viri pij, doctique, & à partium studio, atque ab amoris, & odij stimulis prorsus remoti eligantur; per hoc autem non tollitur, quin intra eorundem Regularium Ordinem per religiosos eiusdem Ordinis, Superiorum suorum iussu, præfati libri examinari non debeant.

INSTRVCTIO

CLEMENTIS VIII.

auctoritate Regulis Indicis
adiecta.

*Eorum, qui libris tùm prohibendis, tùm expurgen-
dis, tùm etiam imprimendis, diligentem,
ac fidelem (vt par est) operam
sunt daturi.*

AD Fidei Catholicæ conseruationem non satis est, quinam
ex iam editis Libris damnatæ lectionis sint, cognoscere
(quod Indice, & Regulis confectis per Patres à generali Triden-
tina Synodo delectos, præcipuè sancitum est) nisi illud etiam ca-
ueatur, ne vel ijdem denuò pullulent libri, vel similes alij emer-
gant, & propagentur, qui incautas fidelium mentes occulto ve-
neno inficientes, iusta ac merita damnatione digni iudi-
centur.

Vt igitur quicumque posthac, seù veteres, seù noui libri eden-
tur, quàm maximè puri, & tam in ijs, quæ ad fidem, quam, quæ
ad mores pertinent, incontaminati existant, quid circa malorum
librorum interdictionem, ad eos penitùs abolendos, tam ab Epi-
scopis, & Inquisitoribus, quàm à ceteris, quorum ad id in Eccle-
sia Dei studium valero, & auctoritas potest, (præter ea, quæ Tri-
dentinorum Patrum Regulis supradictis decreta sunt) publica
utilitas exigat, capitibus infra positis, diligentius sancitur, ijsdem-
que statuitur, quæ omninò in posterum, tùm ab ijsdem Episcopis
& Inquisitoribus, alijsque vt præfertur, in malorum librorum in-
terdictione, & abolitione, tùm à Correctoribus in librorum ac
ceterorum quorumcunque scriptorum correctione, atque emen-
datione, tùm à Typographis in ipsorum librorum impressione,
(pœna pro arbitrio Episcopi, & Inquisitoris aduersus eosdem
Typographos constituta) inuiolatè sunt obseruanda.

DE PROHIBITIONE LIBRORVM.

§. I.

CVrent Episcopi, & Inquisitores, vt statim atque hic Index fuerit publicatus, eorum iurisdictioni subiecti ad ipsos descripta singillatim deferant nomina librorum omnium, & singulorum, quos apud se in eodem Indice prohibitos, quisque reperiet.

Ad huiusmodi verò libros sic significandos, infrà certum tempus ab Episcopo, vel Inquisitore præscribendum, omnes cuiuscunq; gradus, & conditionis extiterint, sub graui pœna, eorum arbitrati infligenda, teneantur.

Romæ verò hæc omnia certo à se propositis edictis, præscribendo tempore, præstari curabit Sac. Pal. Mag.

§. II.

SI qui erunt, qui librum vnum, aut plures ex prohibitis, qui ad præscriptum Regularum permitti possunt, certa, aliqua ex causa potestatem sibi retinendi, aut legendi fieri, ante expurgationem desiderent: concedendæ facultatis extra Urbem, ius erit penes Episcopum, aut Inquisitorem: Romæ, pœnes Mag. Sac. Palatij.

Qui quidem, gratis eam, & scripto manu sua subsignato tribuent, de triennio in triennium renouandam, ea in primis adhibita consideratione, vt non nisi viris dignis, ac pietate, & doctrina conspicuis, cum delectu, cuiusmodi licentiam largiantur: ijs autem in primis, quorum studia, vtilitati publicæ, & sanctæ catholicæ Ecclesiæ vsui esse, compertum habuerint.

Qui inter legendum, quæcunque reperierint animaduersione digna, notatis capitibus, & folijs significare Episcopo, vel Inquisitori teneantur.

§. III.

Illud etiam catholicæ fidei conseruandæ necessitas, extra Italiam maximè, cum ab Episcopis, & Inquisitoribus, tum à publicis Vniuersitatibus, omni doctrinæ laude florentibus postulat,

lat, vt eorum librorum Indicem confici, & publicari curent, qui per eorum Regna, atque Prouincias, hæretica labe infecti, ac bonis moribus contrarij vagantur, siue illi propria nationis, siue aliena lingua, conscripti fuerint.

Vtque ab eorum lectione, seù retentione, certis pœnis ab eisdem Episcopis, & Inquisitoribus propositis, eorundem Regnorum, ac Prouinciarum homines arceant.

Ad quod exequendum Apostolicæ Sedis Nuntij, & Legati extra Italiam, eosdem Episcopos, Inquisitores, & Vniuersitates, sedulò excitare debebunt.

§. IV.

Idem Apostolici extra Italiam Nuntij, siue Legati, necnon in Italia Episcopi, & Inquisitores, eam curam suscipient, vt singulis annis, catalogum diligenter collectum librorum in suis partibus impressorum, qui aut prohibiti sint, aut expurgatione indigeant, ad Sanctam Sedem Apostolicam, vel Congregationem Indicis, ab illa deputatam, transmittant.

§. V.

Episcopi, & Inquisitores, seù ab iisdem subdelegati, & deputati, tam in Italia, quàm extra, penes se habeant singularum nationum Indices, vt librorum, qui apud illas damnati, ac prohibiti sunt, cognitionem habentes, facilius prospicere possint, an etiam à suæ iurisdictionis terris, eosdem recognitos, arcere, vel retinere debeant.

§. VI.

In vniuersum autem de malis, & perniciosis libris id declaratur, atque statuitur, vt qui certa aliqua lingua initio editi, & deinde prohibiti, ac damnati à Sede Apostolica sunt; eosdem quoque in quamcunque postea vertantur linguam, censerì ab eadem Sede, vbiq; gentium, sub eisdem pœnis interdictos, & damnatos.

De Correctione Librorum.

§. I.

Habeant Episcopi, & Inquisitores coniunctim facultatem, quoscunque libros iuxta præscriptum huius Indicis expurgan-

gandi, etiam in locis exemptis, & nullius: vbi verò, nulli sunt Inquisitores, Episcopi soli.

Librorum verò expurgatio, non nisi viris eruditione, & pietate insignibus committatur, ijque sint tres, nisi fortè, considerato genere libri, aut eruditione eorum, qui ad id deligentur, plures, vel pauciores iudicentur expedire.

Vbi emendatio confecta erit, notatis capitibus, paragraphis, & folijs, manu illius, vel illorum, qui expurgauerint, subscripta, reddatur eisdem Episcopis, & Inquisitoribus, vt præfertur: qui si emendationem approbauerint, tunc liber permittatur.

§. II.

QVI negotium susceperit corrigendi, atque expurgandi, circumspicere omnia, & attentè notare debet, non solum, quæ in cursu operis manifestè se offerunt, sed si quæ in scholijs, in summarijs, in marginibus, in indicibus librorum, in præfationibus, aut epistolis dedicatorijs, tamquam in insidijs, delitescunt.

Quæ autem correctione, atque expurgatione indigent, ferè hæc sunt, quæ sequuntur.

Propositiones hæreticæ, erroneæ, hæresim sapientes, scandalosæ, piarum aurium offensiuæ, temerariæ, schismaticæ, seditiosæ, & blasphemæ.

Quæ contra Sacramentorum ritus, & cæremonias, contraque receptum vsum, & consuetudinem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nouitatem aliquam inducunt.

Profanæ etiam nouitates vocum ab hæreticis excogitatæ, & ad fallendum introductæ.

Verba dubia, & ambigua, quæ legentium animos à recto, catholicoque sensu, ad nefarias opiniones adducere possunt.

Verba Sacræ Scripturæ non fideliter prolata, vel à prauis hæreticorum versionibus deprompta; nisi fortè afferrentur, ad eosdem hæreticos impugnandos, & proprijs telis iugulandos, & conuincendos.

Expungi etiam oportet verba Scripturæ sacræ, quæcunq; ad profanum vsum impiè accommodantur: tum quæ ad sensum detorquentur abhorrentem à Catholicorum Patrum, atque Doctorum vnanimi sententia.

Itemque epitheta honorifica, & omnia in laudem hæreticorum dicta deleantur.

Ad hæc reijciuntur omnia, quæ superstitiones, sortilegia, ac diuinationes sapiunt.

Item

Item quæcunque fato, aut fallacibus signis, aut ethnicae fortunæ, humani arbitrij libertatem subijciunt, oblitterentur.

Ea quoque aboleantur, quæ paganismum redolent.

Item quæ famæ proximorum, & præsertim Ecclesiasticorum, & Principum detrahunt, bonisque moribus, & Christianæ disciplinæ sunt contraria, expungantur.

Expungendæ sunt etiam propositiones, quæ sunt contra libertatem, immunitatem, & iurisdictionem Ecclesiasticam.

Item quæ ex gentilium placitis, moribus, exemplis tyrannicam politiam fouent, & quam falsò vocant rationem status, ab Euangelica, & Christiana lege abhorrentem inducunt, deleantur.

Explodantur exempla, quæ Ecclesiasticos ritus, religiosorum ordines, statum, dignitatem, ac personas lædunt, & violent.

Facetiæ etiam, aut dicteria in perniciem, aut præiudicium famæ, & existimationis aliorum iactata, repudientur.

Denique lasciuia, quæ bonos mores corrumpere possunt, deleantur.

Et si quæ obscænæ imagines, prædictis libris expurgandis impressæ, aut depictæ extent, etiam in litteris grandiusculis, quas initio librorum, vel capitum imprimi moris est, huius generis omnia penitus oblitterentur.

§. III.

IN libris autem catholicorum recentiorum, qui post annum Christianæ salutis M. D. XV. conscripti sunt, si id, quod corrigendum occurrit, paucis demptis, aut additis, emendari posse videatur; id Correctores faciendum curent: sin minus, omnino auferatur.

§. IV.

IN libris autem catholicorum veterum nihil mutare fas sit nisi ubi, aut fraude hæreticorum, aut typographi incuria manifestus error irrepsit.

Si quid autem maioris momenti, & animaduersione dignum occurrerit, liceat in nouis editionibus, vel ad margines, vel in scholijs adnotare: ea in primis adhibita diligentia, an ex doctrina, locisq; collatis eiusdem auctoris sententia difficilior illustrari, ac mens eius planiùs explicari possit.

§. V.

Postquam codex expurgatorius confectus erit, ac mandato Episcopi, & Inquisitoris impressus, qui libros expurgandos habebunt, poterunt de eorundem licentia, iuxta formam in codice traditam eos corrigere, ac perpurgare.

De Impressione Librorum.

§. I.

Nullus liber in posterum excudatur, qui non in fronte nomen, cognomen, & patriam præferat auctoris.

Quod si de auctore non constet, aut iustam aliquam ob causam, tacito eius nomine, Episcopo, & Inquisitori liber edi posse videatur, nomen illius omninò describatur, qui librum examinaverit, atque approbaverit.

In his verò generibus librorum, qui ex variorum scriptorum dictis, aut exemplis, aut vocibus compilari solent, is qui laborem colligendi, & compilandi susceperit, pro auctore habeatur.

§. II.

Regulares, præter Episcopi, & Inquisitoris licentiam, (de qua Regula decima dictum est) meminerint teneri se, Sacri Concilij Tridentini decreto, operis in lucem edendi facultatem, à Prælato, cui subiacent, obtinere.

Vtramque autem concessionem, quæ appareat, ad principium operis imprimi faciant.

§. III.

Cvrent Episcopi, & Inquisitores, pœnis etiam propositis, ne impressoriam artem exercentes, obscenas imagines, turpesuè, etiam in grandiusculis literis imprimi consuetas, in librorum deinceps impressione apponant.

Ad libros vero, qui de rebus Ecclesiasticis, aut spiritualibus conscripti sunt, ne characteribus grandioribus utantur, in quibus expresse appareat alicuius rei profanæ, nedum turpis, obscenæuè, species.

Qui

Qui etiam inuigilabunt summoperè, vt in singulorum impressione librorum, nomen impressoris, locus impressionis, & annus, quo liber impressus est, in principio eius, atque in fine annotetur.

§. IV.

QVI operis alicuius editionem parat, integrum eius exemplar exhibeat Episcopo, vel Inquisitori: id vbi recognouerint, probauerintque, penes se retineant. Quod Romæ quidem in Archiuo Mag. Sac. Palatij, extra Urbem verò, in loco idoneo, quem Episcopus, aut Inquisitor elegerit, referuetur.

Postquam autem liber impressus erit, non liceat cuiquam venalem in vulgus proponere, aut quoquo modo publicare, antequam is, ad quem hæc cura pertinet, illum cum manuscripto apud se retento, diligenter contulerit, licentiamque, vt vendi, publicarique possit, concesserit.

Idque tum demum faciendum, cum exploratum habeatur, typographum fidelitèr se in suo munere gessisse, neque ab exemplari manuscripto, vel minimum discessisse.

§. V.

CVrent Episcopi, & Inquisitores, quorum muneris erit facultatem libros imprimendi concedere; vt eis examinandis, spectatæ pietatis, & doctrinæ viros adhibeant, de quorum fide, & integritate, sibi polliceri queant: nihil eos gratiæ duros, nihil odio, sed omni humano affectu posthabito. Dei dumtaxat gloriam spectaturos, & fidelis populi utilitatem.

Talium autem virorum approbatio, vnà cum licentia Episcopi, & Inquisitoris, antè initium operis imprimatur.

§. VI.

Typographi, & Bibliopolæ coram Episcopo, aut Inquisitore, & Romæ coram Magistro Sacri Palatij, iureiurando spondeant, se munus suum, catholicè, sincerè, ac fidelitèr exequuturos, huiusque Indicis decretis, ac regulis, Episcoporumquo, & Inquisitorum edictis, quatenus eorum artes attingunt, obtemperaturos: neque ad suæ artis ministerium, quemquam scienter admissuros, qui hæretica labe sit inquinatus.

Quod

xix

Quod si inter illos, insignes, ac eruditi nonnulli reperiantur, fidem etiam catholicam, iuxta formam à Pio IV. fel. rec. præscriptam, eorundem Superiorum arbitrio, profiteri teneantur.

§. VII.

Liber auctoris damnati, qui ad præscriptum Regularum expurgari permittitur, postquam accuratè recognitus, & purgatus, legitimèque permixtus fuerit, si denuò sit imprimendus, præferat titulo inscriptum nomen auctoris, cum nota damnationis, ut quamvis quoad aliqua liber recipi, auctor tamen repudiari intelligatur.

In eiusdem quoque libri principio, tum veteris prohibitionis, tum recentis emendationis, ac permissionis mentio fiat, exempli gratia, Bibliotheca à Conrado Gesnero Tigurino, damnato auctore, olim edita, ac prohibita, nunciussu Superiorum, expurgata, & permixta.



F. IACOBVS RICCIVS

Ord. Prædicatorum Sac. Congr.
Indicis Secretarius.

CATHOLICO LECTORI.

CV M Librorum prohibitorum numerus Auctorum id exigente malitia, vel negligentia, multum excreuerit; visum est nouum Indicem edere auctiorem, & accuratiorem; quo nimirum Libri omnes hucusque confixi, & vetiti contineantur, & facta collatione cum Apostolicis Decretis, Auctoris ipsis vera nomina vel cognomina pluribus in locis restituantur. Quæ, Deo dante, non leui labore præstitimus. Nunc verò, Sanctiss. D. N. Papæ Innocentij XI. iussu, Indicem absolutum damus; hoc tantummodo monentes, Auctoris primæ Classis, qui, aut hæretici, aut hæresis nota suspecti fuerunt, eorumque scripta non edita solum, sed etiam edenda interdicuntur; notam. 1. Cl. apponi, tuæ, Lector, commoditati, Studiosis quoque multis idem optantibus. Vale.

PRIVILEGIORVM

S V M M A

Pro Impressore Camerali, &
Vaticano.



CLEMENS Papa VIII. diplomate sanxit; ne quis citra voluntatem Dominici Basæ olim in Typographia Vaticana Impressoris Sacra Biblia, Concilia generalia, Epistolas decretales, Libros ad Ecclesiasticum munus pertinentes, ac etiam Sanctorum Patrum Volumina, libros etiam cuiuscunque generis, vel nouiter ab ipso edendos, vel nouis additionibus auctos per decennium ab editione cuiusque voluminis imprimat, vel impressa uenalia habeat. Quod Priuilegium Paulus Papa V. peculiari Chirographo in fauorem Hieremiæ Guelfi. I. V. D. ac Impressoris Cameralis transtulit, indulfitque. Idem Gregorius Papæ XV. Literis expeditis ratum, firmumque haberi voluit. Violatores excommunicationis latæ sententiæ pœna puniuntur. Quod si in terris S. R. E. subiectis id contigerit, confiscatione etiam librorum, ac quingentorum ducatorum auri solutione mulctabuntur, vt latius patet in litteris ipsius Gregorij Papæ sub datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub annulo Piscatoris die 21. Octobris 1621. Pontificatus sui anno primo. Ac idem Urbanus Octauus peculiaribus literis datis apud S. Petrum sub anulo Piscatoris die 23. Maij 1628. Pontificatus sui anno quinto in fauorem Andree

Brugiotti Impressoris Cameralis, & Vaticani transtulit, indulstique. Ac iterum Innocentius X. peculiaribus literis datis apud S. Petrum in favorem Angeli Balladori, pariter Impressoris Cameralis, ac Vaticani, confirmavit sub annulo Piscatoris die 1. Martij 1646. Et Alexander VII. suis literis in forma Brevis confirmavit ad favorem Zenobij Masotti Impressoris Cameralis, & Vaticani sub die 14. Decembris 1663. Denique omnia supradicta privilegia, & gratias amplè confirmavit, & indulst Sanctiss. D. N. Clemens Papa X. in favorem Bartholomæi Lupardi presentis Impressoris Cameralis, & Vaticani, datis literis sub die 7. Augusti 1670.



Quum presentis Indicis impressio ad finem proximè accederet, infrascripti Libri prohibiti sunt, quo suis locis describere non potuimus; eos verò hic ponimus, ut facilius, & promptius legentium oculis occurrant.

Andreae Mendo, statera opinionum benignarum in contro-
uersijs moralibus olim suspensus, nunc autem omninò pro-
hibetur.

Demonstratio, qua probatur, Gentilium Theologiam (ceui tenebras) Deo Sacrificia ex fonte scripturæ (ceui luce) originem, traxisse in tres partes diuisa, Opera Io: Nicolai Lm Schvartzb. Helmstadij 1681.

Doctrina non vniuersitatis Louaniensis, sed quorundam priuatorum &c. Authore Reynero ab Andringa Moguntiaë 1681. donec corrigatur.

Hermani Conringij opus de finibus Imperij Germanici siue: De pace Ciuili inter Imperij ordines dissidentes perpetuò conseruanda, libri duo. Francfurti, & Lipsiæ 1680.

L'Inquisitione processata opera storica &c. diuisa in due tomi Colonia 1681.

Ioannis Schilteri Praxis Iuris Romani circa Connubia in foro Germanico Ienæ 1680.

Manuale Cenfraternitatis S. Iosephi Patriarchæ &c. in templo PP. Carmelitarum discalceatorum erectæ Vienaë Austriaë anno Iubileum prædicente.

Medulla Theologiæ veteris testamenti &c. opera Io: Thilonis Lipsiæ 1680.

De officio Immaculatæ Cõceptionis Deiparæ antiquissimo, & deuotissimo, paruo mole, magno mysterijs recens per Anonymum correcto, & Lucensibus typis edito, Obseruationes Sigismundi a S. Maria Theologi ex SS. Patribus, & Doctoribus præsertim Ordinis PP. Præd. desumptæ. Parisijs 1681.

Ossequiosi tributi d'affetto d'anima inferuorata verso S. Maria Maddalena de Pazzi Carmelitana Calzata da farsi in noue Mercordi in honore di noue estasi principali, con cinque diuote Salutationi a cinque priuilegiatissimi doni che ella riceuette da Giesù Christo in Lucca 1681.

R. P. D. Petri Antonij Tornamiræ, & Gothi Panormitani Tri-
opera sequentia.

S. Benedetto Abbate Patriarca, e Legislatore de Monaci, Riedifi-
cato-

catore della Chiesa Romana Historia Monastica diuisa in quattro libri &c. In Palermo 1673.

Risposta alla dimanda fatta dal Sig. Giuseppe Gentile sopra la chiarezza rischiarata del P. F. Paolo da Termini Min. Osseruante Riformato. Publicata per il medesimo Gentile in Genoua 1679.

Vita, e morte del Ven. P. D. Girolamo Arminio di Napoli detto communemente il flagello de Demonij Monaco dell'ordine del Patriarca S. Benedetto in Palermo 1674.

Riflessi Morali, e Christiani, cauati per lo più dall' Epistole di S. Paolo &c. di Maddalena Hommetz Patina in Padoua 1680. donec corrigatur.

Splendor veritatis moralis, collatus cum tenebris mendacij, & nubilo æquiuocationis, ac mentalis restrictionis &c. per Fr. S. Emonerium.

Suegliatoio de Sfacendati, e stimolo d' Affacendati per ben impiegar il tempo &c. opera del P. Antero Maria da S. Bonauentura in Genoua 1679.

Traçtatus de foro Ecclesiæ &c. in tres partes diuisus. Authore Feliciano de Oliua è Sonza lusitano, donec corrigatur.

De Typo generis humani, siuè scientiarum humanarum inani, ac ventoso tumore &c. Authore Hieronymo Hirnhaim Pragæ 1676.

Vera Historia vnionis non veræ inter Græcos, & Latinos; siue Concilij Florentini, Exactissima narratio græcè scripta per Syluestrum Syuopulum &c. Transtulit in Sermonem latinum, notasque ad calcem libri adiecit Creygtton.

Clavis Aurea, qua aperiuntur errores Michaelis de Molinos in eius libro, cui titulus est: La Guida Spirituale &c. Per P. Alexandrum Regium Clericorum Regularium Minorum elaborata Venetijs 1682.

Lettera di risposta al Sig. Ignatio Bartalini sopra le eccettioni, che dà vn difensore de Moderni Quietisti à chi hà impugnate le loro leggi in orare, diuulgata in honor dell' vtile e vera contemplatione, & in discernimento della contraria. Venetia 1681.

I N D E X
L I B R R O V M
P R O H I B I T O R V M
O R D I N E A L P H A B E T I C O D I G E S T V S .



A



A R O N purgatus, seù de vitulo aureo libri duo :
Authore Francisco Moncæio Frideualliano Attre-
batio .

Abailardus . Vide Petrus .

de Abano . Vide Petri de Abano .

Abbas Ioachim . Vide Mirabilium .

Abbas Re di Persia . Vide Conditioni di Abbas .

Abbatis Panormitani Consilium . vide Consilium .

Abbatis Vrspergensis Historiæ . vide Annotationes in Chronica:
Conradi à Liecthenauu : Paralipomenon .

De Abbatum, Episcoporum, &c. Potestate . vide Stephani d'
Aluin .

A. B. C. tractans Rudimenta Religionis .

Abdias Liberinus, seù Liberinus Abdias. 1. cl.

Abdias Prætorius. 1. cl.

Abrahami Heidani de Origine Erroris Libri octo .

Abrahami Sculteti Grunbergensis Idea Concionum .

Abrahamus à Munsholt Antuerpiensis. 1. cl.

Abrahamus Musculus. 1. cl.

Abregè de l' Ancienne, & celeste doctrine de Saint Augustin,
& de toute l'Eglise, touchant la Grace, &c. Par M. F. Ma-
thieu .

Abregè des Controuerses, ou Sommaire des erreurs de l'Eglise
Romaine, &c. Par Charles Drelincourt Ministre de la parole
de Dieu en l'Eglise Reformee de Paris .

Abregè de doctrine, touchant la Grace. vide : Catechisme .

Abregè de l' Histoire de ce siecle de fer, contenant les miseres,
& calamitez des derniers temps, avec leurs causes, & pre-
textes

textes , iufqu' au couronnement du Roy des Romains Ferdinand 4. Par I. N. Pariual .

Abregè des Memoires donez au Roy, fur la Reunion de l'Ordre, & grande Maiftrife de S. Jean de Ierufalem (maintenant de Malthe) à la Couronne , fans porter preiudice à la Nobleffe de France , fans defmembrer le dit Ordre , ny offencer la Saint Siege Apoftolique .

Abregeè des cinq propositions . vide : Distinction abregeè .

De Abfolutione impenfa , præuia peccatorum epiftolari expofitione . vide Anonymi opusculum .

De Abfolute Principum dominio . vide Gulielmi Bareth .

Abftemij Fabulæ . vide Fabulæ Laurentij .

Abydenus Corallus , alias Vldricus Huttenus . 1. cl.

Academiarum diuerfarum . Tom. 1. Confiliorum . vide Refponforium Iuris .

Academiarum Lipfienfis , & VVitebergenfis Repetitio Orthodoxæ Confessionis .

Academica exercitatio . vide Exercitatio Academica .

Academici Difcurfus de iure publico . vide Dominici Arumei .

Accademico Incognito . vide Dialogi Iftorici .

De Accoltis . vide Lucij Pauli Rhofeli .

Achates Ioannis Rho . vide Ioannis Rho .

Achatius Brandeburgenfis . 1. cl.

Achilles Pyrminius Gaffarus . 1. cl.

Achillis Ducis VVitebergenfis . vide Friderici Achillis .

Achmetis Onirocritica cum Notis Nicolai Rigalzij .

Achrydanus . vide Leo .

Acies Difputationum politicarum methodicè inftitutæ , &c. Authore M. Reinhardo Marpurgenfis Haffo .

Acontius . vide Iacobus .

Acroamata ſex Historico Politica . vide Hermani Coringij .

Acropolita . vide Baſilius : Ioannes Herold .

Acta Colloquij inter Palatinos . vide Protocolum .

Acta Concilij Tridentini , vnà cum Annotationibus pijs , & lectu digniffimis .

In Acta Concilij Tridentini Annotationes . vide Annotationes .

Acta Conferentiæ cœptæ Senis , & continuatæ Vres , &c. publicata per Bartholomæum Recend Paftorem Ecclefiæ de Merindol , contra iactantias F. Hilarij Capuccini .

Acta Ducis Niuerfæ cum Summo Pontifice .

Acta Norinbergæ , videlicet Oſiandriſmus .

Acta Sanctorum Hiberniæ . vide Florilegium .

Acta , & Scripta Theologorum VVitebergenſium , & Patriarchæ

Con-

Constantinopolitani Domini Ieremiæ, &c. quæ de Augustana confessione inter se miserunt græcè, & latinè, ab eisdem Theologis edita.

Acta Synodalia VVitebergica. vide VVitebergica Acta.

Acta Synodi Bernensis

Actio in Henricum Garnetum.

Actio Hæresis in Societatem Iesu. vide Alphonfi de Vargas.

Actio perduellionis in Iesuitas Sacri Romani Imperij iuratos hostes: Authore Philoxeno Melandro.

Actio Seria Vniuersitatis VVitebergensis. vide Vniuersitatis VVitebergensis.

Actiones duæ Secretarij Pontificij.

Actiones forenses. vide Ludouici Seruini.

Actiones, & Monumenta Martyrum, eorum, qui VVicleffo, & Huss ad nostram hanc ætatem in Germania, Gallia, &c. Veritatem Euangelicam sanguine suo constanter obfignauerunt.

In Actis Ænæ Syluij prohibentur ea, quæ ipse in bulla retractationis damnauit.

Actuum Apostolorum Explicatio. vide Explicatio primi, tertij, &c.

Adagia. vide Desiderij Erasmi.

Adamantius. vide Origenes defensus.

Adamarius. vide Berhardi Lotij: Gerardus Lorichius: Ioannes Lorichius: Reinhardus Lorichius.

Adami Ruperti Obseruationes. vide Christophori Adami.

Adami Theodori Siberi Dialexeon Academiarum, quæ sunt Orationes, Præfationes, Dissertationes, Epistolæ, & Carmina.

Adami vitæ Germanorum Theologorum. vide Melchioris Adami.

Adamus Hoppius. i. cl.

Adamus Niesielski. vide Ioannis Markieucz: Speculum Zeli.

Adamus Pastoris. i. cl.

Adamus Schmidt, vel Schuberts. i. cl.

Adamus Siberus. i. cl.

De addiscenda Iuris prudentia. vide Christophori Befoldi.

Additiones, seù Annotationes in vitam Iuuentutis. vide Vita Iuuentutis.

Additiones, seù Apostillæ omnes Caroli Molinæi in libros Iuris Canonici, & aliorum Catholicorum.

Adeler. vide Gaspar.

De adhortando Serenissimum Maximilianum, &c. vide Consilium Greg. XV. exhibitum.

De administrandæ Reipublicæ ratione. vide Epimetron.

- 4
 De administrandis Sacramentis. vide Liber continens doctrinā:
 La forma delle Preghiere : Ratio, & forma publicè orandi.
 De administrando rectè, & pacificè Regno, & Principatu. vide
 Commentariorum de Regno.
 Admirabilium, & abstrusarum rerum Manuale. vide Manuale
 rerum.
 De admirandis Naturæ Arcanis. vide Iulius Cæsar Vanninus.
 Admonitio. vide Amica.
 Admonitio Iusti Heurnij. vide de Legatione Euangelica.
 Admonitio Ministrorum verbi Argentinenſium.
 Admonitio Panegyrica. vide Ioannis Althufij.
 Adolphus Clarembach. 1. cl.
 L'Adone. vide Io: Baptiſtæ Marini.
 Adrianus. vide Hadrianus.
 Aduerſaria Historica. vide Ricardi Dinothi.
 Aduis charitable formè aux Peres Penitens du Tiers Ordre de
 S. François, ſur la Perſecution, qu'ils font aux Reuerends
 Peres Capuccins.
 Ægidius Eſtrix. vide Apologia pro Summis Pontificibus.
 Ægidius Gabrielis. vide Specimina Moralis.
 Ægidius Hunnius. 1. cl.
 Ægidius Molarcha. vide Præſudia Apologiæ.
 Æmilius Chemnicenſis. vide Alphonſus.
 Æmilius Mansfelden. vide Georgius.
 Æmilius Portus Franciſci filius. 1. cl.
 Æneas Syluius. vide in Actis Æneæ Syluij.
 Ænetius. vide Iacobus Anetius.
 Æpinus. vide Ioannes.
 Æquitatis diſcuſſio ſuper Conſilio delectorum Cardinalium.
 De Æquiuatione licita. vide Diſputatio Æquiuatoria.
 De Ærario. vide Gaſparis Klockij.
 Ærodius. vide Petri Ærodij.
 Æſtium otium. vide Petri de Vries.
 De Ætate ineuntium Officia. vide Bartholomæi Agricolæ.
 Æternum Euangelium. vide Euangelium.
 Agar Saræ exemplaris in uſus philoſophicos. vide Philoſophia
 Theologica.
 Agatio de Somma. vide Vie du Pape.
 Agenda, ſeu Formulæ precum, aut Officia Hæreticorum, qua-
 cunque lingua conſcripta.
 De Aggratiandi Iure. vide Danielis Claſſen.
 De Agno Paſchali Conciones. vide Paſſionale.
 Agobardi Epilcopi Lugdunenſis Opera impreſſa ſtudio Papirij
 Maſſo-

- Massonij, donec corrigantur.
 Agricola. vide Bartholomæi: Ioannes: Martinus.
 Agrippa. vide Cornelius: Henricus Cornelius.
 Aichlerus. vide Michael.
 Alabastrus Anglus. vide Apparatus.
 Alarco. vide Ioannes.
 Alberici Gentilis de Armis Romanis libri duo. Item de Iure
 Belli libri tres. Item de Nuptijs libri septem: & alia eius Ope-
 ra omnia omninò prohibentur.
 Alberij Organon. vide Claudij Alberij.
 Alberti Argentinensis Chronicon, Editio Basileensis, nisi corri-
 gatur.
 D. Alberti, & Vlderici fratrum Ducum, &c. vide Liber conti-
 nens doctrinam.
 Alberti Krantij Hamburgensis Historiæ, seù Chronicæ, editæ
 Francofurti; nisi corrigantur.
 Alberto Magno (sic falsò inscribitur quidam Libellus) diuiso in
 tre libri.
 Alberto Magno falsò adscriptus Libellus de Secretis Mulierum.
 Alberto, siuè Alberus. vide Matthæus.
 Albertus Brandeburgensis. i. cl.
 Albertus Draco i. cl.
 Albertus Hardembergus. i. cl.
 Albertus Lyttichius. i. cl.
 Alberus. vide Erasmus Alberus.
 Alberus, vel Albertus. vide Matthæus Alberus.
 Ex Albijs East Saxonum. vide Thomæ Angli ex Albijs.
 Albinus. vide Magia Astrologica.
 De gl' Albizi Fiorentino. vide Trattato delle Appellationi.
 Alceus Antonius. i. cl.
 Alchimia Purgatorij.
 Alchimix transmutatorix Defensio. vide Defensio, & Decla-
 ratio.
 Alchoran cum Præfatione. vide Mahometis.
 Alchoranus Franciscanorum.
 Alchoranus Mahometis, cum omnibus Scholijs, & impijs an-
 notationibus, & præfationibus, cuiuscunque impressionis, &
 idiomatis.
 Alciatus. vide Paulus Ioannes.
 Alcionia. vide Halcyonia.
 Alcuini, seù potius Caluini Commentarij in Libros de Trinitate.
 Alcuni importati luoghi tradotti fuori dell' Epistole latine di M.
 Francesco Petrarca, con tre Sonetti suoi, e 18. stanze del Bernia.

- Alechthrochoræ Dissertatio . vide Bartholomæi Alechthrochoræ .
- Alessandro Campiglia . vide delle Turbulenze di Francia .
- Alessandro Guarino . vide Verità, e Religione .
- Alethophilus Caritopolitanus . vide Manuale Catholicorum .
- Alexander Alexius Scotus . 1. cl.
- Alexander Lipsiensis . vide Alexius .
- Alexander Nouellus . 1. cl.
- Alexander Seton Scotus . 1. cl.
- Alexandre Rofs . vide les Religions .
- Alexandri Carerij Patauini Liber de Potestate Romani Pontificis aduersus impios Politicos , donec corrigatur .
- Alexandri Mori de Sacra Scriptura Exercitationes Geneuenses .
- Alexiacus . vide Heliodorus .
- Alexius Alexander Lipsiensis . 1. cl.
- Alexius Brenicerus . 1. cl.
- P. Alexius Recollectus . vide Vlula .
- Alexius Scotus . vide Alexander .
- Alieus . vide Antonius .
- Allegationum fiscalium Pars 1. Authore Ioanne Baptista Larrea , donec corrigatur .
- Allegoricæ Enarrationes in Ouidij Metamorphoseos . vide In Ouidij Metamorphoseos .
- Allegre' de Casa nate . vide Paradisus .
- Alloquutiones pacificæ . vide Hippolyti Marraccii .
- Almanach des PP. Iesuites . vide les Enlumineures .
- Aloysij Nouarini Veronensis Electa sacra Impressionis Lugdunensis anni 1629. Ablata autē Epistola dedicatoria Laurentii Durand Impressoris, permittitur . vide etiam Vita di Maria .
- Aloysus . vide Ioannes .
- Alphabetum Christianum .
- Alphabetum Græcum . vide Oratio Dominica .
- Alphabetum veræ, viuæ, & orthodoxæ fidei Iesu Christo Mediatori, &c. Confessionis loco exhibitum à Ioanne Hermanno Romfuuinkell. Colonienfi .
- Alphonsi Enriquez Defensio pro Erasmo contra Eduardum Legum, & contra Vniuersitatem Parisienſi .
- Alphonsi de Vargas Toletani, Relatio ad Principes Christianos de Stratagemmatis, & Sophismatis Politicis Societatis Iesu ad Monarchiam Orbis Terrarum sibi conficiendam .
- Item* Libellus huic annexus , cui Titulus : Sedis Apostolicæ Censura prima aduersus nouam , falsam , impiam , & hæreticam Societatis Iesu doctrinam, nuper in Hispania publicata .

Item alius Libellus, cui Titulus: Iesuiticum fidei Symbolum, velut Canticum nouum.

Item alius, cui Titulus: Actio hæresis in Societatem Iesu.

Alphonfus Æmilius Chemnicensis. 1. cl.

Alphonfus Corradus, vel Conradus. 1. cl.

Alphonfus Martinus Viualdus. vide Candelabrum aureum.

Altamerius. vide Andreas.

Alstedij Systema. vide Ioannis Henrici.

Altemburgense Colloquium. vide Colloquium.

Althusius. vide Ioannis Althusij.

De Alua, & Astorga. vide Petri de Alua.

D'Aluin. vide Stephani d'Aluin.

Aluifer. vide Murenulæ sacræ vestis.

De Alzedo: vide de Præcellentia Episcopalis dignitatis.

Amadæi Guimenij Lomariensis Opusculum, singularia vniuersæ fere Theologiæ moralis, complectens aduersus quorundam expositulationes contra nonnullas Iesuitarum opiniones morales. Siuè alio quocunque titulo, nomine, & idiomate in quibusuis locis hætenus typis impressum, ac etiam manu descriptum, & quodocunque imprimendum, & describendum.

Amarulentiarum Dulcoratio. vide Ludouici Caruaiali.

Amati Lusitani Centuriæ, donec expurgentur.

De Amaya. vide Francisci.

Ambachius. vide Melchior.

L'ambasciata del Gallo sopra le parole di S. Giouanni cap. 18.

L'Ambasciata di Romulo à i Romani.

Ambrosij Catharini Politi Quæstiones duæ de verbis, quibus Christus Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum confecit.

Ambrosius Blaurerus. vide Blaurerus.

Ambrosius Interbocensis. 1. cl.

Ambrosius Lobuuasser. 1. cl.

Ambrosius Moibanus Vratilafuiensis. 1. cl.

Ambrosius Reudenius. 1. cl.

Ambrosius VVolfius, vel VVolfius. 1. cl.

Amelot. vide Histoire: Supplement al Histoire.

Amerbachius. vide Viti.

Amesij Philosophemata. vide Gulielmi.

Amica, & humilis, & deuota Admonitio.

Amicus Cosentinus. vide Cursus Theologici.

Amling. vide VVolphangus.

Ammonius. vide VVolphangus.

Amor Sacer.

Gl'Amori di D. Carlo Gonzaga Duca di Mantoua, con la

- Contessa Margharita scritti dal Sig. Giulio Capocoda .
 De Amore infinito Christi. vide Augustini de Roma .
 Amori Ciuili. vide Tomaso Stigliani .
 Amori Notturni. vide Io: Baptistæ Marini .
 Amori Pastoralis. vide Tomaso Stigliani .
 Amoris Horti Areolæ. vide Damasi Blyemburgij .
 Amoris philosophia. vide Philosophia .
 De Amoris sensitiui natura, & effectibus vide Augustinus Vlmus .
 Amorofo Duello. vide Io: Baptistæ Marini .
 Ampelandæus. vide V Volphanus .
 Amphitheatrum mortis. vide Nicolai Groderi .
 Amphitheatrū Sapiētiae Socraticæ Ioco seriæ Gasparis Dornauij .
 In Amphitheatrum Seriorum Iocorum. vide Tarrei Hebi .
 Amplia Polonus. vide Ioannes .
 Amsdorfus. vide Nicolaus .
 Amstelodamensium Historia. vide Rerum, & Urbis .
 De Amuletis. vide Iulij Reichelti .
 Amydenius. vide Tractatus de Officio .
 Anabaptismi fœtus. vide Philippi Dirixon .
 Anabaptistarum Articuli. vide Articuli .
 Analtinus Princeps. vide Georgius .
 Analysis Logica. vide Victorini Strigelij .
 Analysis Resolutio Dialectica quatuor librorum Institutionum
 Imperialium .
 ANAMNHΣ IΣ Anamnesis Iuris, quod in approbandis Pont.
 ficibus Imperatores habent .
 Anastasis Chiromantiæ. vide Bartholomæi Coclitis .
 Anatome Concilij Tridentini. vide Henrici Heideggeri .
 Anatomia excussa Marpurgi per Eucharium Ceruicornium .
 Anatomia Hominis. vide Liberti Fromundi .
 Anatomia della Messa .
 Anatomia Societatis Iesu, siuè Probatio spiritus Iesuitarum .
 Anciennes Ceremonies. vide Traictè: les Conformitez .
 Andegauensis Diaconus. vide Berengarius .
 Andrea Mastelloni. vide Maniera Diuota .
 Andrea di S. Tomaso. vide Incertezza accertata .
 Andreæ Althameri Commentaria in Tacitum de situ, & moribus,
 & Populis Germaniæ, donec corrigantur .
 Andreæ Cludij ad 3. Tit. Digest. & Cod. de Condiçione ob tur-
 pem, vel iniustam Causam commentarius .
 Andreæ Corui Liber de Chiromantia .
 Andreæ Iacobus. vide Iacobus .
 Andreæ Masij Commentaria super Iosue, donec corrigantur .

- Andree Mauroceni Historia Veneta ab anno 1521. vsque ad an-
 num 1615. donec corrigatur.
- Andree Mendo Statera opinionum benignarum in controuerfijs
 moralibus, donec corrigatur.
- Andreas Altameri . i. cl.
- Andreas Argolus . vide Ptolemæus paruus .
- Andreas Ballius . vide Halcyonia Ecclesiarum .
- Andreas Bondestein Carolostadius . i. cl.
- Andreas Celichius . i. cl.
- Andreas Coruinus . i. cl.
- Andreas Cratander . i. cl.
- Andreas Critius Polonus . i. cl.
- Andreas Crucius . vide de Nocte , & Nocturnis Officijs .
